



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

5. Ora pro nobis Deum, alleluia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

adhuc voce & cantu repetens, felliciter expiravit, & obdormivit in Domino in praesentia Fratrum, qui ad hanc vocem accurrerant.

Nullus est cui donum concedatur nisi per te, castissima! Nemo cuius divina misericordia tur gratia nisi per te o Virgo nobilissima!

Martyro. 110 S. Mariae de Portu, quod viginti annis continuo morbo afflicta semper repetebat illud: Et enim illuc manus tua deducet me. Et tenebit me dextera tua. Morti ve o iam proxima iubeat maximo pietatis sensu: Ego dormivi, & somnum cepi, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. His verbis sanctissime spiritum in manus Domini tradidit, & in finem cum eo victoria. Ecce omnes hi in Gallia, hoc est in transiit, ratione, Iesum viderunt, sicut dixit illis: & de Matris eius Mariae gaudijs participes fuerunt, ab eaque decantatur modò B. cernum Alleluia. O vitam eorum sequamur vestigia, ut eadem affluat valeamus gaudia? Hoc nobis impetra, o caeli Regina!

Psal. 138.

Psal. 3.

Quid luculentius pronuntari potest pro honore Virginis, cui lippis & lotiq; oculis adeo invident calumpnatores nostri haeretici, eius invocacionem exterminare conantes, cuiusque cultum obliturati? Sed frustra contra lucem Lunae nostrae canes illi latrant frustra aves & filios lucis, hanc Lunam honorantes, & eius laudes decantantes, in festant hanc Nocturne vultantes. Frustra (sic enim repeto) Palium laudis & honoris quo Sponsa ista a Sponsa suo & confodalius exornata est, ei auferre conantur. Frustra flumen calumpnatum ex ore suo emittunt, ut absumant & absorbant laudem huius Mulieris Stellis coronatae, toto Orbe refoanatem. Frustra aperiunt in caelum os suum blasphemum contra Deum, & eius sacrum Tabernaculum contra Mariam & Christum. Rignantur quantum voluerint, velint, nolint, audient ex ore Ecclesiae, ex ore puerorum & plebis promissae illud: Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostrae. Audiant & illud Palchalis nostrae Anaphorae ad Mariam directum:

SECT. V ORA PRO NOBIS DEVM, ALLELUYA.

Rationes nostrae ex se languidae sunt, timide, incertae, & repententes, multisque imperfectionibus obnoxiae, ideoque in illis paucum spei collocandum est, quatenus procedunt a nobis, & tamen orate nos iubet Dominus, sed vult orationem nostram adiuvaré per merita sua, & ut Deiparae Mariae populum suum afflictum pro imperfectionem illius suppleat. Unde dicit: Si quid petieritis Patri in nomine meo, dabit vobis. Propterea Ecclesia omnem suam orationem concludit, Per & filijs suis ut idem faciant, commendat. Quasi dicit etiam S. Bernardus: Totus medullis cordium, totus praecordiorum affectus, Mariam hanc veneramus, quia sic est voluntas eius, qui totum voluit nos per Mariam. Commendatur ergo nobis hic Mater per Mariam. Commendatur ergo nobis hic Mater per Mariam, quia per hanc in vocatio, ut eius expectamus auxilium & patrocinium, quod quidem apud Deum est potentissimum, erga nos promississimum, erga omnes ad se recurrentes amplissimum & universallissimum.

Ad ele vandas preces nostras invocanda est B. V. Joann. 4. Ad ele vandas preces nostras invocanda est B. V. Joann. 4. Ad ele vandas preces nostras invocanda est B. V. Joann. 4.

Serm. de Nat. Virg. nobis in Maria, ut proinde si quid peti in nobis est, si quid gratia, si quid salutis, ab illo non verimur repugnare. Desunt ergo per manus Mariae ad nos dona caelestia, & per illam vult nos ea Filius petere, quia per illam decrevit dare. Qui per ipsam ad nos descendit, & in nostram miseriam venit, vult enim fas est ut avertam, id est confundam, faciem suam, & nos per ipsam in suam veniat gratiam. Sanctus Bernardus: Per te accessum habemus ad Filium, & beatissimum in ventris gratia, genitrix vita, mater salutis, ut per te nos recipiat qui per te datus est nobis.

Serm. de Ad. monu. Hae est passim doctrina Sanctorum. Hinc S. Germanus Patriarcha Constantinop. hom. de Zona & Fascis Virg. sic Deiparam alloquitur emphaticè: Nullus est qui saluus fiat nisi per te o sanctissima! Nullus qui liberetur a malis nisi per te o purissima!

ORA PRO NOBIS DEVM ALLELUYA. Hoc ex spiritu instinctu adiecit S. Gregorius, Pontifex sapientissimus & piensissimus, adiecit inquam, Harmonia Angelicae caelitus resonantem, affectu commendat. Quod ex eo tempore eadem pietatis affectu Ecclesia non desineat repetere, & filijs suis ut idem faciant, commendat. Quasi dicit etiam S. Bernardus: Totus medullis cordium, totus praecordiorum affectus, Mariam hanc veneramus, quia sic est voluntas eius, qui totum voluit nos per Mariam. Commendatur ergo nobis hic Mater per Mariam, quia per hanc in vocatio, ut eius expectamus auxilium & patrocinium, quod quidem apud Deum est potentissimum, erga nos promississimum, erga omnes ad se recurrentes amplissimum & universallissimum. I quidem apud Deum potentissimum est, quia ipsa Regina est, quae apud Regem omnia potest impetrare, immò & Regis Mater est, qui nihil ei vult negare. Ipsi enim idem dicitur a Filio quod dictum est Bertheze a Salomone Rege: Pater Mater mea, non vult enim fas est ut avertam, id est confundam, faciem suam, & nos per ipsam in suam veniat gratiam. Ipsi Thronus a dextris Filij constituitur, ut eius potentia & auctoritas ostendatur. Ipsi communiatur a Filio potestas in terra & in caelo, cuiusque oratio & patrocinium fundatur non solum in pura nimis misericordia Dei, sed etiam in iustitia & quadam gratia, quae tenetur Filius Matrem ex j. Reg. audire, & quidem talem Matrem, quae nullum pro illo obsequium detestatur, sed omne amoris officium ad extremum v. q. spiritum semper exhibuit. An non ergo aequum est & iustum, ut Filius idem praestet Mater? An poterit esse repulsa, ubi tot

WANTIG

Tempore Paschalis maximè est invocanda B. Virgo.

suar charitatis obsequia? An non oratio Mariæ cu-
iusdam imperij censetur orationem habere? Hoc
vult illa sententia: *Pere Mater mea, non est facta con-*
functam faciem tuam. Hinc non mireris, quòd
quandoque Sancti Doctores orationem Mariæ
Dei erga Filium dicant esse per modum iustionis:
non enim aliud volunt quàm esse efficacissimam,
tamquam in quodam iure naturali, iure materno
fundatam. Quòd si Scriptura sancta restat Iosue
fecisse stare solè, *Deo obediens voci hominis*, quid
enim dicere possumus Filium Dei audire & obedire
etiam modo voci Matris? Sic loquitur S. Antonius,
& alij Sancti: Audi & S. Petri Damiani. *Quomodo il-*
la potestas tua parentis poterit obviare, qua de carne
humana suscepit carnis originem? Accedit ante illud aureu
sed ut imperans non ut ancilla, sed ut Domina. Cum
ergo Mariæ oratio & patrocinium apud Deum &
apud Filium tam potens sit, meritò hic ei caamimur:
Ora pro nobis Deum, Alleluia.

Serm. de Nat. V.

Est promissimum quia est Mater nostra.

Gen. 12.

Est vniuersum quia est Propitiarium.

Andreas Cretensis & alij Leuit. 26.

2. Dicimus eius patrocinium erga nos esse
promptissimum, quia Mater nostra est, quæ nos
summo opere diligit, & omni tempore omni que oc-
casione opatur vobis benefacere, vult tamen inter-
pellari nostrâ oratione, vult nos filiali affectu ad se
reuerere. Non desinit, sed vocem audit pullo-
rum suorum gallina, & accurrit ad præsidium, sub
alas suas congregans, vt eos foueat & protegat.
Sic agit & Maria, sic, inquam, agit erga nos tam-
quam imbelles pullos & filios suos; nostri semper
solicita est, quia novit nos multis periculis & in-
firmis obnoxios. Matrem se exhibet, si filios
nos agnoscamus. Dicebat olim Abraham Saræ
dic obsecro quod seror mea sis, vt bene sit michi propter
te, & vivat anima mea ob gratiam tuam. Nos dica-
mus Mariæ, Dic obsecro quòd Mater nostra sis,
vt bene nobis sit propter te, & vivat anima no-
stra in gratiam tuam, quia nihil non potes materno
tuo affectu erga Filium & Patrem æternum. Igitur
impende nobis patrocinium, *Ora pro nobis Deum*
Alleluia.

3. Dicimus ei patrocinium esse vniuersalissi-
mum & amplissimum, quia nemo nisi suâ culpâ ab-
eo excluditur, & in omnibus causis prætor est no-
bis. Hinc SS. Pater cum vocat *Commune mundi*
Propitiarium, ad quod omnibus accessus patet,
Certe verum est de ipsa multò magis quàm de an-
tiquo Tabernaculo, quod dicit Dominus. *Ponam*
Tabernaculum in medio vestri, & non abiciet vos
animam meam. In hoc enim Tabernaculo lacrum
& alij Leuit. 26. respiciens Dominus, propitiatur iniquitatibus vo-
stris, subuenit necessitatibus, sanati in miras no-
stras, redimit de interitu vitam nostram, coronat
nos in misericordia & miserationibus, repletque
in bonis desiderium nostrum. Meritò ergo nunc
inclamamus Mariæ cum fiducia impetrandi quæ
libet nobis necessaria è cælis dona: *Ora pro nobis*
Deum Alleluia.

Maximè autem hoc tempore paschali vota no-
stra impende nobis patrocinium, *Ora pro nobis*
Deum Alleluia.

Nunc carceres captivis aperiantur, compedes
dissoluantur vinculis, & reis crimina condonantur.
Compedes scilicet & vincula spiritalia his, qui ea
agnoscunt, & veniam ac misericordiam implorant,
tempore dissolventur, in quo remioramus, quo-
modo victor sepulchri & inferni claustra dissolu-
erit, & victos eduxerit secum triumphantes: Idèd
ei nunc canimus cum Zacharia Proph *Tu autem in*
sanguine Testamenti eduxisti omnes de lacu, in quo
non erat aqua. Eadem ergò benignitate & potentia
nunc adimplet illud P'saltis erga peccatores, tam-
quam captivos, & mortuos, in sepulchris horridis
criminum suorum aentes: *Qui eduxit vitulos in*
fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habi-
sant in sepulchro. Hoc enim facti modò in gratiam
surti triumphi, suæque Resurrectionis.

cap. 9.

Psal. 67.

Olim ob festum Paschalis rei liberare domi nati.

Quapropter antiquis in gratiam Dominicæ
Resurrectionis reos libertate donarunt Chri-
stiani Imperatores. Undè Anno Christi 186. Valen-
tinianus Imp. de relaxandis tempore paschali vin-
culis eiusmodi generale proposuit edictum referen-
s ad Lampadium Vibis Præfectum: *Ob diem*
Pascha, quem in isto corde celebramus, omnibus quos
reatus attingit, carceri incluserit, vincula dissolui-
mus. Exequantur Iudices, quod in vulgare consue-
tibus. *Vbi primum dies Paschalis exierit, nullum te-*
neat carcer incluserit, omnium vincula solvantur.
lib. 8. de indulg. crim. C. Theodosius, & apud Ba-
ron. tom. 4. ann. Domini 386.

Eandem indulgentiam reis dedit paschali tem-
pore ob diem festum Paschæ (qui Rex D. ERVM
apud antiquos appellatur) Theodosius Imperator,
vni testatur S. Chrysost. Oratione de Flaviano Epi-
scopo, vbi sic habet. *Flavianus Episcopus Antioche-*
nus legatione surgens Constantinopoli coram Theo-
sio Imperatore, pro populo Antiocheno sub gladio ira
Principis periclitante, hæc ad eum: R. e. r. are pri-
mum quando solemnitate hac (nempe Paschali) su-
perueniente, per totum Orbem terrarum episcopalam
missi invidentem carcere detentis dimitti, & illi igno-
scerent & defunctos revocare, & resuscitare & ad
priorem vitam reducere.

Quòd si Imperatores hi Christiani in gratiam
Dominicæ Resurrectionis crimina donarunt reis,
& vincula dissoluerunt, carceresque aperuerunt,
quandò magis id faciet ipse Christus Dominus pec-
catorum mole constructis, in gratiam Resurrectio-
nis suæ, maximè intercedente pro eis Matre sua:
Meritò ergò ei hoc tempore dicimus: *Ora pro no-*
bis sua.



bis Deum, Alleluja. Quod si & pius ille Imperator dicebat tanto affectu: *Vinam mihi licet non solum reos absoluerit, sed & mortuos ad vitam reuocare.* Verumque certe potest Dominus, verumque optat hoc sacro Resurrectionis tempore peragere, Matrem suam interueniente; si modò mortui velint exurgere, si sepulchrum & mortem deserere velint, ferneratque peccati infortas & fascias relinquere. Vnicuique enim illorum vox illa modò validdè insonat & intonat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabis te Christus.* Quali diceret: *Viquequò adamas, o homo, caliginem, sepulchrum, mortem; cum tibi lux offeratur & gratia, resurrectionis libertas & vita?* Offerat eam Christus, offerat & Maria Christi para, Mater Filij Dei viuentis, & Mater filiorum Adæ morientium; sed verè Mater vitæ, eis vitam veram cupiens procurare, de hoc specialiter sollicita, vt sit eis in veritate Eua, hoc est, *Mater viuentium.* Ergò rursus ei merito repetimus hic: *Ora pro nobis Deum.*

Eph. 5.

Neque verò solum felici hoc tempore reis compedes relaxantur, & crimina remittuntur; verum eam in gratiam triumphi & resurrectionis Domini obsequiosis feruis munera decernuntur, & gnaviter decertantibus tropæza, lauri, vestes candidæ, palmæ statuantur, ab eo qui vicit mundum, & mortem, & infernum. Hic enim ille est, qui Apocalypsis primò describitur victorioso & triumphali habitu, facie rutilante instar Solis, capite eam capillis candicante instar nituis, pedibus scintillantibus instar ignis, vestitus Podère honoris, præcinctus zona aurea, gressus in dextera septem Stellas lucidas. Atque vt à nobis agnoscat, S. Ioanni statum primus & nouissimus, & viuus, & sui mortuus. Et ecce sum viuens in sacula sæculorum, & habeo claues mortis & inferni. Videt ne, quòd non sine mystico in tali habitu sese Ioanni exhibet in die Dominica, quæ resurrectioni est dedicata, quia in ea resurrexit Dominus; Sed & postmodum ab eo promittuntur multiplicia dona certantibus & viacentibus, ac in Fide perseuerantibus. His enim promittitur. *LIGNVM VITÆ. CORONA VITÆ.*

Apoc. 1.

MANNA ABSCONDITVM, NOMEN NOVVM, STELLA MATVTINA, SESSIO IN THRONO. Hæc sunt Paschalia dona, ad quæ debemus aspirare, quæ & nobis vult hoc tempore donare, intercedente Maria Matre sua. Ideò illi merito inclamamus: *Ora pro nobis Deum, Alleluja.* Quasi diceremus: *O Regina cæli, pro nobis interueni apud Filium tuum, Regem nostrum, vt sumus participes victoriæ eius, nouæque resurrectionis & vitæ, ac tandem promissi præmij & coronæ.* Hoc enim tu potes impetrare, ne dicam imperare, quia Mater es Victoris Satanæ, Triumphatoris totius Orbis, Domitoris Inferni & Mortis. Et ecce tempus opportunum omnia salutaria impetrandi, quo ipsum vt Resurgentem & in cælum Ascendentem nobis representamus, *Ascendens enim in altum dedit dona hominibus.*

Quod verò generaliter hic Mariæ dicitur, *Ora pro nobis Deum*, pro omni statu & conditione, pro omni sexu & ætate dicitur: quia omnes Mariæ sentunt iuamem, qui eius pie celebrant commemorationem.

Ora ergò o Maria, o cæli Regina, pro populo, & pro Ecclesia sancta Dei toto Orbe diffusa: vt stabili fide in diuini nominis confessione perseueret; vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, & depulsa nequitia eam infestante, secuta Deo suo seruiat libertate, & colat sincera pietate.

Ora, & interueni pro Clero, & pro Ordinibus vniuersis, vt gratiam ei impetres & spiritum, quo totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur; sicque ab omnibus grauius Filio tuo fidelet seruiatur; vt & hi qui alijs præstant, ad vitam vnâ cum tege sibi credito perueniant sempiternam.

Ora pro Regibus & Principibus, ac pro omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agant in omni pietate & castitate, & velociter *Deus pacis conserat Satanam sub pedibus eorum;* Gentesque, quæ in sua potentia & fertitate confidunt, Filij cui dextera comprimantur, & humilientur.

Ora pro infidelibus & hæreticis à via vera aberrantibus, vt ad sanctam Matrem suam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam reuocentur, & sinu eius tuoque foueantur: hæreticaque prauitate deposita, corda eorum resipiscant, & ad veritatem redeant vnitate.

Ora pro infirmis & afflictis, quia tu es *Salus infirmorum, Consolatrix afflictorum;* perueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Ac præsertim pro agonizantibus ora, qui tibi vel ore vel corde inclamant, nosque pro ipsis: *Maria Mater gratia, Mater misericordia, tu nos ab hoste protege, & horâ mortis suscipe.*

Ora pro omnibus flagellis & avertendis, quæ vindex Filij tui manus nobis minatur. Precibus tuis pestem depellere, morbos elimina, aufer bella, famem & sterilitatem remoue, indulgentiam peccatorum impetra, consolationemque vitæ, conuersationem piam gubernationem perpetuam, perseuerantiam in bonis operibus, gaudium cum pace; quandoquidem tu sis *Commune mundi Propitiarium, & Auxilium Christianorum.* Sicque effice, vt lætitiæ tuæ participes simus, his peccatam conscientiam in retris, ac tandem per æternam gloriam in cælis.

(*)

CON.